2114. Lityńska Abrenuntiat.

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensis Generosa Dorothea Hoszowska, Generosi Hyacinthi Lityński Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu. Sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti de bonis paternis et maternis se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis legitime concernentibus, per manus Perillustris et Admodum Reverendi Georgii Hoszowski

1802 Episcopi Ritus Graeci Premysliensis parentis sui plenarie et de integro satisfactum est, ob quam eiusmodi satisfactionem dotisque realem et effectivam persolutionem in manus supradicti Perillustris et Admodum Reverendi Episcopi Ritus Graeci Premysliensis parentis sui abdicat abrenunciat et resignat. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Feria tertia in crastino Festi Sancti Laurentij Levitae et Martyris:

ii/viii

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

Jaworski Religioso Jaworskiemu Donat.

1802 Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensis, Nobilis Nicolaus Jaworski Czerwakowicz